Quantum ad ꝑmum sciendum est: ꝙ in protectione lapidis est duplex motus aeris. s. aeris ante lapidẽ qui resistit proiecto: ⁊ diuidit vel vltra naturalem qualitatẽ suam cõdensatur per ipsum protectuz: alios est aeris qui retro ipsum protectum insequitur ad finem ꝙ nõ remaneat vacuuz. ¶ Tunc sit prima cõclusio. in proiectione lapidis motus aeris antecedentis ꝓiectum nõ est naturalis. Probatur. nam tunc sequeretur ꝙ nõ resisteret proiecto: quod est falsuz. Talis eniz aer nõ minus resistit protecto ꝗ̃ aer resistat graui descendenti vel leui ascendenti naturaliter. ¶ Scđo. nam cõdensatio aeris vltra suam naturalem raritatem est sibi violenta. Sed in tali motu talis aer antecedens cõdensatur vltra densitatem sibi naturalẽ. ergo ⁊c. ¶ Scđa cõclusio. motus aeris insequentis ꝓiectum est nãlis. ꝓbatur: q2 est a principio intrinseco. s. a forma substantiali ipsius aeris: que inclinat ipsuz aerem ad insequẽdum proiectum ad finem ꝙ nõ fiat vacuum. ¶ Sed contra istam cõclusionem arguitur. Nam iuxta hoc esset cõcedendum idem elementũ simplex habere duos motus naturales distinctos specie: qđ est contra dicta ꝑmo huius. cõsequentia probatur. Nam aer vel aliquod aliud corpus haberet motuz naturalem quo moueretur ad suuz locum nãlem: ⁊ vnum aliuz motũ naturalez quo moueretur ad replendum vacuũ. ¶ Ad istud respondeł ꝙ alicui corpori simplici inesse naturaliter plures motus intelligitur dupliciter. Uno modo ꝙ ambo insint illi corpori ſm naturam propriaz illius corporis. Alio modo ꝙ vnus illoꝝ motuum insit illi corpori ſm naturam propriam: ⁊ alter ſm naturã cõmunem illi ⁊ alijs corporibus naturalibus. Tunc dico: ꝙ bene ostensuz est primo huius ꝙ impossibile est eidem corpori inesse naturaliter distinctos motus in specie ſm naturã propriam: cũ hoc tamen bene stat vni corpori simplici inesse plures motus distinctos specie: ⁊ hoc naturaliter: quoꝝ vnus inest ei ſm naturam propriam. alter vo ſm naturam cõmunem. ¶ Circa illud dubitatur quis illoꝝ motuum sit magis naturalis. Utrum ille qui iest corpori ſm naturam propriaz: vel ille qui inest corpori ſm naturam cõmunẽ: vel an sint eque naturales. ¶ Respõdetur ꝙ motus qui inest corpori ſm naturam cõmunem est magis naturalis: puta motus quo mouerentur corpora ad replendum vacuum. Et ratio huius est ista: q2 videmus ꝙ corpora dimittunt sua loca propria ⁊ naturalia: ad que sunt mobilia naturaliter ſm naturam eoꝝum propriam ⁊ mouerentur ne fiat vacuum motu qui est eis ſm naturam communem: quod patet. Nam cum aliquis ponit aliquam fistulam ad aquam ⁊ extrahit per os aerez de fistula: aqua dimittit locum suum ⁊ ascendit in fistulam: ⁊ hoc est signuz ꝙ plus inclinatur ad motum per quẽ cauetur vacuuz: ꝗ̃ ad motum quo est mobile ad locuz propriũ. ¶ Et nota ꝙ per naturã cõmunem non intelligo aliquã rem que insit pluribus corporibus. Sed hoc voco inesse corporibus ſm naturã cõmunez: quod inest vni corpori naturaliter: ⁊ consimiliter inest alijs corporibus distinctis ab illo specie. Et sic est de moueri ne fiat vacuum. hoc eniz inest omnibus corporibus: vnde anteꝗ̃ natura permitteret vacuuz: celum descenderet ⁊ impleret: sicut dicit Cõmentator quarto physicoꝝ. veruz est tamen ꝙ aliqui dixerunt: ꝙ sic insequi corpora ne fiat vacuuz inest solum aeri ⁊ aque: que sunt elementa media: q̃ de quia sunt grauia ⁊ leuia possunt moueri indifferẽter huc vel illuc: sed sicut dicunt non sic est de elementis extremis: quorum vnum est simpliciter graue: ⁊ aliud simpliciter leue. ¶ Sed breuiter illud non valet. Nam ad sensum videmus ꝙ puluis ascendit per fistulam subtracto aere: per qđ constat terram ascendere ad sequendum corpus aliud naturaliter: sicut facit aer vel aqua.

Quantum ad scđm articulum sciendũ ꝙ de hoc sunt plures opiniones. Una est opinio ꝙ proiectũ post exitum eius a manu proijcientis moueł ab aere insequente proiectũ. vnde imaginatur ista opinio ꝙ cũ proiectũ exit velociter a loco in quo erat natura abhorrens vacuũ velociter mittit aerẽ ad replendũ locũ: qui quidẽ aer velociter sequens attingit ad ꝓiectuz: ⁊ ipm vltra pellit. ¶ Breuiter ista opinio nõ videł esse sufficiens. nam lz proiectũ bene insequatur aer ne fiat vacuũ: tamen ille aer nõ videł esse causa motus ipsius ꝓiecti. nõ ille aer quãdo insequereł proiectũ ⁊ tangeret ipm: q2 aer est faciliter diuisibilis: ⁊ proiectũ nõ: latera aeris diuidereńł ab inuicẽ. ⁊ sic nõ ipelleret proiectũ vltra. ¶ Scđo. nam ſm istam opinionẽ nõ posset reddi causa que moueret rotam vel molaz fabri longo tẽpore postꝗ̃ manus mouens esset ablata. vnde nõ potest dici ꝙ hoc sit aer insequẽs ex eo ꝙ cõtinue illa moueręł in codẽ aere: nec ita aer illa insequitur: sicut bene insegtur sagittã vel aliqđ tali modo ꝓiectũ. ¶ Tertio. naz videmus ꝙ si aliqua nauis plena feno vel straminibus moueręł ab oriente versus occidentez in aliquo fluuio post ablationẽ trahẽtis sepe pellet retro nauez moueńł cõtra orientẽ. Et tñ deberet esse opposito modo: si aer isequẽs moueret. ¶ Scđa est opinio ꝙ manus mouendo proiectũ moueret etiã aerem circũstantẽ ⁊ locantẽ ipm proiectũ: ⁊ iste aer qui est inatus velociter mouer: defert secuz proiectũ tanꝗ̃ vas illud qđ est in vase. Ista opinio etiã nõ est sufficiens. Naz dubitał a quo moueał ille aer postꝗ̃ manus cessat ipellere ⁊ mouere: ⁊ sic manet tanta dubitatio de illo aere a quo moueał sicut erat de proiecto. ¶ Si dicał ꝙ iste aer moueł a sua leuitate: que quidez leuitas aere velociter moto inata est retinere diu vim motiuam: hoc nõ valet: q2 leuitas nõ est nata mouere nisi sursum: ⁊ protectio põt fieri tam sursum ꝗ̃ deorsum: ꝗ̃ ad latus. ¶ Scđo. ista opinio non posset saluare quid moueret molaz fabri: que velociter ipulsa valde diu adhuc verteretur nõ obstante ꝙ aer vndiqz circũstans abstergeretur vel astringereł. ¶ Tertio. nã aer quãtũcũqz est velociter motus: ipse est valde faciliter diuisibilis. Ideo non apparet quomodo posset tam longo tẽpore sustinere in alto lapidem ponderis centũ vel mille librarũ proiectũ ꝑ machinam: vel ꝑ aliqđ aliud instrumẽtuz. ¶ Quarto. iuxta istaz opinionẽ sequeretur ꝙ lõgius possemus proijcere plumã ꝗ̃ lapidẽ: ⁊ minus graue ꝗ̃ magis graue. Si essent cõsimilia in figuris ⁊ in magnitudinibus. ꝯsequẽs est ꝯtra experientiã. ꝯsequẽtia tenet ex eo ꝙ magis graue videtur magis resistere aeri mouẽti ipm sursum ꝗ̃ pluma: vel minus graue. ¶ Quinto. si aer quẽ ꝓijciens mouet cuz lapide est tante virtutis ꝙ possit velociter ferre magnũ lapidẽ proiectũ: nũc videreł ꝙ si sine lapide aliquis proijciens pelleret aerez cõtra sociuz suũ: ꝙ ille ꝯtra quẽ pellereł aer multo maiorẽ impetuz deberet percipere ꝗ̃ percipit. ¶ Tertia est opinio quã reputo veriorẽ: ꝙ proiectũ post exitum eius a manu vel recessum a ꝓijciente moueł a quadaz vi seu impetu sibi impresso ab ipso ꝓijciente. Et sicut tandẽ illa virtus motiua sic sibi ipressa remitteł vsqz ad nõ gradum ꝓiectũ: desinit moueri motu ꝓiectionis. Et ſm istaz opinionẽ possunt saluari apparẽtia iuxta motũ proiectionis. Primo quidẽ quare ꝓijciens remotius proijcit lapidem ꝗ̃ plumã. huius quidẽ ratio est ista: q2 in lapide plus est de mã ꝗ̃ in pluma: ⁊ etiã est magis cõpacta: ⁊ ideo illa virtus motiua fortior ⁊ maior iprimiſ lapidi ꝗ̃ plume: ⁊ ẽt diutius retineł recte sicut videmus ꝙ ferro fortior imprimitur calor quã ligno: ⁊ hoc ꝓpter dẽsitatẽ ⁊ compaci-

tatem materie. Iuxta etiam istam opinionem redditur causa propter quam lancea longa plus perforaret quam ferrum sine lancea. huius quidem causa est: quia in lancea longa plus recipitur de illo impetu quam in ferro solum. ¶ Et si queritur que res sit talis impetus. certe hoc magis pertinet ad investigationem metaphysicam: quam ad investigationem naturalem. Ex his patet quod motus proiecti non est proiectio naturalis sed violentus. patet hoc: quia talis motus provenit ab aliquo impresso ipsi proiecto ab extrinseco. ¶ Sed diceres. contra talis motus est a principio intrinseco moti. ergo naturalis. ¶ Respondeo. negando consequentiam. nam vltra hoc requiritur quod naturalis inclinatio mobilis non sit ad oppositum.

Ad rationes. ¶ Ad primam quando dicebatur. sequeretur quod aer in tali motu nunquam desineret moveri. negatur consequentia. Et ratio huius est: quia in tali motu aer rarefit et condensatur vltra gradum raritatis vel densitatis sibi debitum: et ideo aer appetens redire ad statum pristinum tandem desinit a tali motu. ¶ Ad secundam proyciatur proiectum ad latus. placet mihi: tu dicebas quod aer tunc non insequitur naturaliter. dico quod immo: et vlterius dico quod hoc est mediante forma tanquam mediante principio activo principali: et mediante levitate tanquam instrumentali: et quando dicebatur levitas non inclinat nisi ad motum sursum. dico quod hoc est verum quando mobile movetur motu sibi naturali secundum naturam sibi propriam: tamen quando mobile movetur motu sibi naturali secundum naturam communem sibi et alijs sicut est in proposito ne fiat vacuum: levitas bene movet ad latus: seu ad aliam differentiam positionis quam sursum. ¶ Ad tertiam ista bene probat quod proiectum moveretur naturaliter: et hoc si aer precedens ipsum moveretur naturaliter: quia ille pellitur sicut proiectum: tamen non oportet: si aer insequens proiectum moveatur naturaliter. quod ergo proiectum moveatur naturaliter: quia aer insequens non pellitur sicut pellitur proiectum. Et ideo dissimile est de motu proiecti: et de motu aeris insequentis proiectum. quare etc.

¶ Totaliter autem tentare simplicia corpora figurare irrationabile etc. Tertio celi. Textu commenti. LXVI.

Questio. XIII.

Nunc restat vltimo querere circa figuram corporum simplicium elementarium: et quantum ad hoc queram vnicam questionem. scilicet. Vtrum elementa quatuor determinent sibi figuras a natura. Et videtur quod sic. Nam quintum corpus simplex: scilicet celum determinat sibi figuram a natura: scilicet sphericam vt prius dictum est. ergo videtur quod alia quatuor corpora simplicia: scilicet elementa determinent sibi figuras a natura. ¶ Secundo. quia per rationes geometricas probatum est quod non sint nisi quinque figure corporum regularium secundum speciem que sunt simplicissime. igitur videtur quod illas figuras sibi determinant quinque corpora simplicia: scilicet celum et quatuor elementa: sic quod quodlibet eorum determinat sibi vnam earum. ¶ Tertio. corpora determinata ad maximum vel ad minimum vtrique determinant sibi aliquam figuram a natura: quia determinata ad maximum vel ad minimum determinantur ad finitatem. omne autem finitum est figuratum. corpora autem elementaria determinantur naturaliter ad maximum vel ad minimum: quod patet ex secundo de anima. vbi dicitur omnium natura constantium posita est ratio magnitudinis et augmenti. Hoc idem videtur posset elici ex secundo physicorum. ¶ Quarto aqua determinat sibi aliquam figuram a natura. ergo et cetera elementa. consequentia tenet: quia non videtur esse maior ratio de vno elemento quam de alio. Antecedens videtur esse evidens ex intentione Aristo. secundo huius. vbi probat quod ipsa est spherica: quia aliter partes eius superficiales non equaliter distarent a centro. ¶ Quinto. eadem est figura totius homogenei et cuiuslibet eius partis. aliter enim non esset homogeneum: sed particule aque videntur tendere ad sphericitatem: sicut patet de gutta roris et pluvie. igitur ita videtur esse de tota sphera aque. ¶ Sexto ignis determinat sibi aliquam figuram a natura. ergo et alia elementa. consequentia tenet. antecedens probatur: quia determinat sibi figuram pyramidalem. patet hoc: quia cum ascendit non ascendit nisi secundum figuram istam: scilicet pyramidalem sicut docet experientia. ergo etc.

Oppositum videtur esse de intentione Aristote. in littera.

In ista questione erunt quatuor articuli principales. In quorum primo recitabo opinionem antiquorum de figura corporum simplicium. In secundo improbationem eorum antiquorum quam ponunt Aristo. et Commentator. In tertio dubitabitur de vno quod Aristo. et Commentator assumunt in improbando opinionem antiquorum. In quarto articulo respondebitur ad quesitum.

Quantum ad primum sciendum est. quod erat opinio antiquorum: quod corpora simplicia: sicut celum et elementa determinarent sibi figuram a natura. vnde consideraverunt quod corpora mathematica regularia sunt. 5. et non plura. scilicet. thetracedron: exacedron: octocedron: duodecedron: et hycocedron. Et quia etiam corpora simplicia naturaliter sunt. 5. et non plura. scilicet. quatuor elementa et quinta essentia. crediderunt quod quodlibet istorum corporum simplicium determinaret sibi vnam illarum quinque figurarum regularium. Unde dixerunt terram esse corpus exacedron: seu corpus cubice figure: seu corpus sex superficierum regularium. Et hoc ideo: quia corpus cubicum seu exacedron est magis fixum et imobile et minus aptum ad motum. Et quia sic est de terra: ideo attribuerunt terre figuram cubicam seu figuram exacedron. Dixerunt autem aquam esse corpus hycocedron: seu corpus ex duabus superficiebus regularibus: quia aqua omnibus alijs est corpus magis rotabile et minus stabile: terminabile terminis alienis: et difficulter terminis proprijs: et hoc ipsi attribuerunt aque propter multitudinem angulorum: quos habet corpus hycocedron. Attribuerunt autem aeri figuram octocedron: et igni figuram tetracedron: scilicet figuram pyramidalem: et celo figuram duodecedron: et hoc propter causas que erant expresse in vna questione facta circa primum huius. Et illud potest intelligi vel quod dicta corpora secundum se tota essent taliter figurata vel ex parvis particulis sic figuratis composita. videlicet quod terra secundum se totam sit cubice figure: vel quod particule ex quibus ipsa est composita sint cubice figure.

Quantum ad secundum articulum sciendum est quod Arist. et Commentator improbant istam opinionem sic. Nam si dicta opinio esset vera necessario sequeretur vacuum: quod tamen ipsi antiqui negabant. probatur consequentia: quia cum huiusmodi corpora simplicia sic figurata componerentur: non ita possent coniungi circa eundem punctum: quin inter ea remaneret vacuum: quia in superficialibus figuris regularibus tantum sunt tres figure que replent spatium superficiale: scilicet circa eundem punctum: scilicet trigonus quadratus et exagonus. In corporalibus autem figuris: sicut dicunt Arist. et Commentator sunt due tantum que spatium replent corporale circa eundem punctum: scilicet pyramis et cubus: propter quod oportet solum illa duo corpora: scilicet quorum vnum est pyramidale: vel ex pyramidibus compositum: et aliud cubicum vel ex cubicis compositum in aliquo numero accepta replere locum sine vacuo. ¶ Et ideo quantum esset de alijs tribus oporteret esse

teret esse vacuū:lz hoc euitaret̃ per cubita ꝛ pyramidalia.
Quantum ad 3ᵐ articulū.dubitat̃ de hoc ꝙ sup-
positū iam fuit in improbatione opio-
nis antiquoꝝ.supponit̃ enim ꝙ corpora pyramidalia re-
gularia in aliquo numero accepta possint replere locum.
¶ Dubitat̃ vtrum hoc sit veꝝ.pro quo p̃ oportet suppo-
nere quid intelligatur in proposito per replere locū.Pro
quo sciendum ꝙ replere locum potest intelligi vel in su-
perficie vel in solido.replere locum in superficie non est
aliud q̃ȝ replere totale spatium sup̃ficiale circunstans ali-
queȝ punctū in ista sup̃ficie imaginatū:sed replere locum
in solido est replere totū spatiū corporale circūstās aliquē
pūctuȝ imaginatū.¶ Tunc pro ꝯnibus aliq̃bus ponēdis
supponit̃ ꝙ quēlibet punctū in sup̃ficie imaginatū circū-
stat spatium sup̃ficiale:ꝙ valet q̃tuor angulos rectos.ista
pȝ ex p̃ elemētoꝝ Euclidis.¶ Tūc sit vna ꝯ.ꝙ tres sunt
figure regulares superficiales potētes replere locū in su-
perficie.s.quadratū triangulus ꝛ exagonus.Istud ꝓbatur
de quadrato.nam si aliquē pūctum circūponant̃ quatuor
quadrata:occupabunt totū spatium sup̃ficiale circūstans
illū punctū:ꝙ patet.naȝ totale illud spatiū circūstans istū
punctum valet q̃tuor angulos rectos ꝑcise:ꝛ tantū precise
valent q̃tuor anguli quatuor q̃dratoꝝ:q2 cuiuslibet qua-
drati quilibet angulus est rectus.¶ Dico 2ᵒ.ꝙ sex anguli
triāguli regulares replent locū:q2 angulus trianguli regu-
laris seu equilateri valet duas tertias vni⁹ recti:sicut elici
pōt ex ꝓpositione 30ᵃ p̃mo elementoꝝ Euclidis.ergo sex
tales anguli valent.12.tertias anguli recti:sed tales.12.ter-
tie faciunt q̃tuor integra.s.quatuor angulos rectos:q̃tum
est ꝑcise spatiū sup̃ficiale circūstans aliquē punctū in sup̃-
ficie imaginatum:adeo sex anguli triāguli regulares circa
eundē punctū positi replebūt locū.¶ Dico 3ᵒ.ꝙ tres exa-
goni regulares replent locū:q2 angulus exagoni hȝ q̃tuor
tertias vnius recti:sicut pōt elici ex iam allegata ꝓpōne
primi elementoꝝ Euclidis.g̃ tres tales que faciunt q̃tuor
integra.s.q̃tuor angulos rectos replerent locū superficialē
circūstantē aliquē pūctū in sup̃ficie imaginatum.¶ Dico
4ᵒ.ꝙ anguli pēthagonoꝝ vel eptagonoꝝ vel octogonoꝝ:
ꝛ sic in infinitū in nullo numero cōbinati possunt ꝑcise re-
plere locū.angulus eniȝ penthagoni hȝ vnū rectū ꝛ q̃ntaȝ
hui⁹ recti.Tales aūt tres cōbinati minus faciūt q̃ȝ q̃tuor
rectos.Quatuor vō cōbinati plus faciunt q̃ȝ q̃tuor rectos:
deinde nec eptagonus replet locum:q2 angulus eptagoni
valet vnū rectū ꝛ quinq3 septimas vnius recti.g̃ duo tales
sunt minores q̃ȝ q̃tuor recti:ꝛ tres sunt maiores q̃ȝ q̃tuor
recti.Et breuiter vltra exagonū nullaꝝ figuraꝝ regulariū
anguli replent locū:q2 oīum figuraꝝ regulariū vltra exa-
gonū duo anguli sunt minores q̃tuor rectis:ꝛ tres sunt ma-
iores q̃tuor rectis.¶ Et vt ꝙ dicit̃ melius intelligat̃:pro-
sciēdo quantū alicuius figure regularis angulus valeat:ꝛ
etiā q̃tum oēs simul.Sciendū est ꝙ cuiuslibet quadrati
angulus est rectus.hoc patet per diffinitionē q̃drati:ꝛ cu-
iuslibet triāguli:regularis angulus valet duas tertias re-
cti.istud pȝ.naȝ cuiuslibet triāguli anguli valent duos re-
ctos:vt demōstratū est p̃ elētoꝝ Euclidis.Et cum anguli
trianguli regularis sint sibiīuicē equales:vt pȝ per diffi-
nitionē figure regularis:sequit̃ ꝙ quilibet angulus trian-
guli regularis valet duas tertias recti.vñ figura regularis
dicit̃ cui⁹ oīa latera sunt sibiīuicē eq̃lia:ꝛ oēs anguli sunt
sibiīuicē eq̃les.sic g̃ scimus q̃tuȝ valent anguli q̃drati:ꝛ
sil'r trianguli.¶ Ad sciēdū aūt cōsimile de alijs figuris re-
gularibus superficialibus:sicut de penthagono exagono
eptagono ꝛ sic de alijs.Est sciēdū ꝙ p̃ cōsiderādus est nu-
merus anguloꝝ talis figure:quo cōsiderato ab illo remo-
ueant̃ duo:ꝛ illud residuū ostēdendū nobis numeꝝ trian-
guloꝝ in quos illa figura est resolubilis:hoc aūt scito du-
plicemus numeꝝ trianguloꝝ in quos ista figura est reso-
luta ꝛ resultans ex tali duplicatione est numerus angulo-
rum rectoꝝ quos valent oēs anguli simul iuncti illius fi-
gure:cui⁹ anguloꝝ valor q̃rebat̃.verbi grā.Si volo scire
quot angulis rectis equalent anguli penthagoni regularis
cōsiderabo ꝙ q̃nq3 sunt anguli penthagoni:a q̃bus remo-
uebo duos:ꝛ remanebūt tres.Dico g̃ ꝙ pēthagonus reso-
lubilis est in tres triangulos:ꝛ q2 triuȝ trianguloꝝ anguli
valent sex rectos:ꝙ patet duplicādo tria.dicaȝ ꝙ oēs an-
guli penthagoni regularis simul iuncti valent sex rectos:
ꝛ per ꝯsequēs vnus angulus penthagoni valet vnū rectū:
ꝛ quintā partē recti:ꝛ q2 exagoni sunt sex anguli:remoue-
bo a sex duo:ꝛ remanebūt q̃tuor:in tot g̃ triāgulos exago-
nus est resolubilis.s.in q̃tuor:ꝛ si q̃tuor duplicamus resul-
tāt octo:ꝛ tot angulis rectis equalēt anguli exagoni simul
iuncti:ꝓpter ꝙ vn⁹ angulus exagoni regularis valet vnū
rectū ꝛ tertiā recti:ꝙ patet.Nā si octo anguli recti distri-
buant̃ sex angulis exagoni:cuilibet angulo exagoni cadit
vnus rectus:cum sexta parte duoꝝ rectoꝝ.sexta aūt pars
duoꝝ rectoꝝ est vna tertia recti:ꝛ sic q̃libet angulus exa-
goni regularis valet q̃nq3 tertias vnius recti.¶ Finaliter
ergo recolligēdo ꝯnem p̃ᵃᵐ.dico ꝙ solū tres figure regula-
res sup̃ficiales replerent locū sup̃ficialē.s.triāgulus q̃dra-
tum ꝛ exagonus nō distinguēdo q̃dratū cōtra quadrāgu-
lum vel triāgulū.De corporibus aūt replētibus locū in so-
lidis dicūt Aristo.ꝛ Cōmentator ꝙ talia sunt duo.s.cubus
ꝛ pyramis:de cubo nō est dubiū.Et ideo sit 2ᵃ ꝯ.ꝙ in soli-
dis.8.cubi aggregati circa vnū punctū totum spatiū circa
ipsuȝ replent ad oēm dr̃iaȝ:ꝙ patet.Si itelligamus tres
lineas in aere itersecare se orthogonal'r:sicut apparet ī tri-
bus pallis sibi mutuo applicatis que faciūt duodecim an-
gulos rectos:sicut pȝ inter illas lineas supius intercipient̃
q̃tuor cubi sine iteruallo.Et iferius alij q̃tuor:ita ꝙ q̃tuor
supra sectionē:ꝛ q̃tuor ifra sectionē:que simul faciūt octo
totū spatiū circūstans sectionē occupabūt.De pyramida-
libus aūt regularib⁹ dicit Cōmētator ꝙ duodecim pyra-
mides regulares replent locū:ꝛ hoc ipse sic nitit̃ ꝓbare 3ᵒ
buius.quorūcunq3 anguloꝝ corporaliū anguli sup̃ficiales
equiualent angulis sup̃ficialibus anguloꝝ octo cuboꝝ illi
anguli possunt replere locū in solidis.Sed anguli superfi-
ciales duodecim anguloꝝ pyramidaliū:equiualent angu-
lis sup̃ficialibus octo cuboꝝ.g̃ ꝛc.maiorem relinq̃t tanq̃
per se manifestam:ex eo ꝙ anguli octo cuboꝝ replent lo-
cum:sed minorē probat.Pro quo supponit̃ ꝙ angulus cu-
bi solidus claudit̃ tribus angulis sup̃ficialib⁹ rectis:ꝛ sic
octo anguli cuboꝝ solidi claudunt̃ vigintiquatuor angu-
lis rectis sup̃ficialib⁹.Sed q2 angulus solidus pyramidis
regularis trium sup̃ficieꝝ claudit̃ tribus angulis superfi-
cialibus equiualētibus duobus angulis sup̃ficialibus re-
ctis:seq̃tur ꝙ anguli solidi duodeciȝ pyramidū claudunt̃
etiā viginti q̃tuor angulis rectis sup̃ficialib⁹:ꝛ sic tot an-
gulis rectis sup̃ficialibus claudunt̃ anguli solidi.12.pyra-
midum regulariū quot claudunt̃ anguli solidi octo cubo-
rum:ꝛ hoc erat intentū.¶ Scđo.nam sicut se hȝ triangu-
lus in plano:ita se hȝ pyramis in solido.Sed aliquot triā-
guli replent locuȝ in plano:ideo aliquot pyramides reple-
bunt locum in solido.Et ex quo sex triāguli regulares re-
plent locū in plano:videt̃ ꝙ.12.pyramides repleant locū
in solido.ꝯtia videt̃ tenere per hoc.nam sicut numerus
cuboꝝ replentiū locū in solido est duplus ad numeꝝ qua-
dratoꝝ replentiū locū in plano:q2 octo cubi replent locuȝ
in solido:ꝛ quatuor q̃drata replent locum in plano:ita vi-
det̃ ꝙ numerus pyramidū replētiū locū in solido debeat
esse duplus ad numeꝝ triāguloꝝ replentiū locū in plano.

¶ Contra istam opinionem salua reuerentia Cōmentatoris sit 3ᵒ ꝯ. ꝙ duodecim pyramides regulares nō replent locum in solido: qd̄ ꝓbat̄ sic. Nam recipiā aliquā superficiem planā: ꝛ signabo in ea punctū: ꝛ sit.a. ꝛ assignabo sup punctū istū sex triāgulos equilateros qui replent locū in superficie circa pūctum istū: qd̄ est pōle sicut Cōmētator cōcedit: ꝛ ostēsum est prius demr̄atiue: deinde supra quēlibet istoꝝ triangulorꝝ tanq̄ȝ supra basim erigā pyramidē regularē triū lateꝝ: quo facto erūt ibi sex pyramides oēs cōtingētes vel cōtinentes se in pūcto.a. Deinde imaginor vnā lineā perpendicularē in illa supficie erectam directe: ad.a. pūctū in sursum: q̄ sit.a.b. quo facto iste sex pyramides nunq̄ȝ tangūt istā lineā: nisi iferius in pūcto.a. sicut pȝ volēti cōsiderare: ꝛ per ꝯñs iste sex pyramides nullū oino solidū cōstituunt. Deinde ex alia parte eiusdē superficiei imaginor alias sex pyramides supra easdē sex bases cōstitutas: ꝛ ī eodē pūcto.a. ꝯtingētes se: ꝛ imaginor.b.a. ꝓtrabi directe in deorsuȝ in.c. erit.ḡ.b.a.c. linea tota in vacuo ex vtraq̄ȝ parte: ꝛ nihil solidū ꝯstitutū est circa pūctū in quo ꝯtingunt se.12. pyramides: imo sunt ibi sex corpora: quorꝝ qd̄libet cōstitutū est ex duab⁹ pyramidib⁹ in cōi base coniunctis: q̄ꝛ nullū alteri cōiungit̄ fm supficiē: sed tm̄ corꝝ supficies lineis se cōtingūt. Patet ḡ ꝙ duodecim pyramides bene possunt se cōtingere circa eundē punctū coe: sed nullo modo implebunt locū. nec rō Cōmētatoris salua sua gratia est alicuius valoris. supponit eniȝ ꝙ q̄cunq̄ȝ anguli corporales cōtinent̄ ab angulis supficialib⁹ equiualentib⁹ viginti q̄tuor angulis supficialibus rectis: ꝙ illi impleant precise locū: modo hoc est falsum. nam si hoc esset verꝝ: sequeret̄ ꝙ tres cubi vna cuȝ sex corporibus supficialibus resultātibus ex diuisione triū cuboꝝ replerēt locū. modo hoc est falsum: ex eo ꝙ tales tres cubi vna cum talib⁹ sex corporibus supficialibus nō valent nisi sex cubos: sex aūt cubi nō replent locū. probat̄ ꝯñtia: ex eo ꝙ oēs anguli solidi simul iuncti triū cuboꝝ ꝛ sex taliū corporꝝ supficialiū claudunt̄ angulis supficialibus equalētibus vigintiq̄tuor angulis supficialibus rectis: ex eo ꝙ angulus cubi solidus ꝯtinet̄ tribus angulis supficialib⁹ rectis: ꝛ angulus solidus talis corporis supficialis clauditur duobus angulis rectis supficialib⁹ cū dimidio: ꝛ sic anguli solidi taliū sex corporum supficialiū claudunt̄ angulis supficialibus rectis equalētibus q̄ndeciȝ angulis rectis: ꝛ tres anguli triū cuboꝝ nouē rectis: sed q̄ndecim ꝛ nouē faciūt vigintiq̄tuor. ḡ ꝛc. ¶ Scd̄o. seq̄tur ꝙ octo cubi nō implerent locū. probatur ꝯñtia: q̄ꝛ fm dictā suppōneȝ Cōmētatoris sexdeciȝ corpora supficialia equalentia octo cubis nō implerent locū: ex eo ꝙ sexdecim anguli solidi supficialiū corpoꝝ claudunt̄ angulis supficialibus nō equiualētibus p̄cise.24. angulis supficialibus rectis. pȝ hoc: ex eo ꝙ angulus corporis supficialis solidus versus illā partē vbi fiebat diuisio cui claudit̄ duobus angulis rectis cū dimidio: ꝛ sic tales.16. claudunt̄ angulis supficialib⁹ equiualētibus.4. angulis rectis: ꝛ ne laboremus in equiuoco. corpus supficiale dr̄ esse qd̄libet illorꝝ duorꝝ que resultant ex diuisione cubi: cum cubus diuidit̄ diametraliter: q̄ diuisio cadit sup angulos cubi apparētes. Ex quo pȝ ꝙ precise tantū valēt duo corpora supficialia quātū vnus cubus. sic ḡ p̄mo visa est opinio Cōmētatoris. s. ꝙ.12. pyramides regulares replent locuȝ. Et 2ᵒ ratio sua. Et 3ᵒ improbatio sue opinionis. Et 4ᵒ ostēsus est defectus sue rōnis qua credidit se demōstrasse. nec ꝓpter hoc volo iprobare Aristo. q̄ꝛ Aristo. nō dicit ꝙ.12. pyramides regulares replent locū. Sed bene dicit̄ ꝙ pyramis est vnum de corporibus que in aliquo numero accepta possunt replere locum: sed quot pyramides hoc faciant non exprimit. Et ideo fm Aristo. diceret̄ ad dubitationem motam: quantum ad tertium articulum questionis: ꝙ pyramides regulares in aliquo numero accepte replent locum: sed in quo numero hoc faciant ipse nō dixit. Et si in aliquo numero forte hoc sunt viginti. De hoc autē alās si deo placuerit profundius perscrutabor.

Quantum ad 4ᵐ articulū sciendū: ꝙ aliqd̄ determinare sibi figurā a nā est ipsum habere aliquā figurā determinatā: ꝛ non posse habere aliā nisi violente. ¶ Scd̄o est sciendū. ꝙ questio potest intelligi: vel de totali elemento vel de parte eius. ¶ Tunc sit p̄ᵃ ꝯ. ꝙ particule elemētoꝝ non determinant sibi figurā naturaliter. ꝓbat̄. q̄ꝛ aliter ꝛ aliter possunt figurari: nūc triangulariter nunc quadrate: fm aliam ꝛ aliaȝ figuram corporis ꝯtinentis: sicut patet de aere ꝛ de aqua absq̄ȝ corꝝ violentia ꝛ corruptione: qualiter non posset fieri de hoīe vel de asino. ¶ Scd̄o. omne recipiens debet esse denudatuȝ a natura recepti. modo elemēta per mixtionē q̄libet figurā possunt recipere: nec aliquā sibi determinant nec aliquā habent sibi cōnaturalem. iam enim nō possent aliam recipere. sic eniȝ arguit Arist. in p̄ physicoꝝ. ꝛ Cōmētator in de substātia orbis. ꝙ materia p̄ᵃ nullaȝ determinat sibi formā substantialē: nam tunc nullā aliam posset recipere. ¶ Tamen ꝯ̄ istas ꝓbōnes dubitat̄. Prima q̄dem ꝓbatio non videt̄ procedere de oībus elemētis. nō eniȝ cōcludit de terra que est solida. illa eniȝ nō pōt sic diuersimode figurari fm diuersam figurā cōtinentis. ¶ Cōtra 2ᵃᵐ ꝓbationem dubitat̄ simil̄r: quādo dicit̄ recipiens debet eē ꝛc. Nam fm hoc oporteret ꝙ etiā elemēta nō haberent formas subales: ex eo ꝙ in mixtione q̄libet formā substātialem possunt recipere. ¶ Ad ista respondet̄. Ad p̄ᵐ dico ꝙ lȝ terra nō figuretur ad figuraȝ cōtinentis: hoc non est quia forma eius substātialis determinet sibi figuram quā habet: sed hoc solum est ꝓpter duritieȝ: quia nō est fluxibilis. Etiaȝ sufficit ꝙ sine corruptione ipsa terra posset diuidi ꝛ figurari aliter ꝛ aliter sine eius violētia. ¶ Ad 2ᵃᵐ ista bene probant ꝙ oportet elemēta carere formis subalibus elemētoꝝ mixtoꝝ. nam tales recipiunt imixtioneȝ: non tamen ꝓpter hoc oportet elemēta carere formis substātialibus elemētaribus. ¶ Ex ista cōclusione seq̄tur ꝙ non pōt fieri transmutatio particule elemēti de figura in figuram que sit ei violēta. patet hoc: ex eo q̄ꝛ nulla est sibi naturalis. verūtamen pōt esse violētia aliunde in tali trāsmutatione: sicut ꝓpter motum localem vel rarefactioneȝ vel condensationē vel diuisionē: lȝ non rōne figurationis. ¶ Secūda cōclusio. ꝙ totalis sphera elemēti non determinat sibi aliquaȝ figuram nāliter. probatur: quia totum homogeneū ꝛ quelibet eius pars separata sunt eiusdē rationis: ꝛ non differunt nisi fm magnum ꝛ paruum: ꝛ ideo consimilis est motus ꝛ locus talis totius ꝛ sue partis. ꝛ sil̄r consimilis figura: sed per precedētem conclusionem pars elemēti non determinat sibi aliquaȝ figuram naturaliter. igitur nec totum. ¶ Secūdo. si elemēta totalia determinarent sibi aliquā figuram naturaleȝ: tunc sicut differunt specie determinarent sibi figuras distinctas specie. modo hoc est falsum. Nam oīa quasi sunt spherica: sed illaȝ non determinant sibi a natura: sed habent illam rōnem continentie. cōsequētia ꝓbatur. nam sicut videmus in animalibus ꝛ aliis differētibus specie: ꝙ distincta specie si determinant sibi figuras: determinant sibi figuras distinctas specie. ¶ Sed dubitatur primo de hoc ꝙ eadem est figura totius homogenei ꝛ sue partis: naȝ aliq̄ particula aque transmutatur de vna figura in aliam: ꝛ tamen tota sphera aque manet consimilis figure: cuius fuit ante. ¶ Secūdo dubitatur cōtra ꝯclusionē in se. nam terra vndiq̄ȝ naturaliter mouet̄ ad mediū: ex hoc seq̄tur ipsum esse rotūdam

sicut dicebatur

sicut dicebatur scdo huius:ideo ipsam esse rotundaz videtur ei inesse naturaliter sicut inest ei nāliter vndiqz moueri ad mediū. Ad qd sequitur ipsam esse vndiqz rotundaz. ℂ Tertio ignis necessario est sphericus.nā aliter esset vacuum prope spheram lune.igitur videt̄ q talem figuram ignis sibi determinat rc. ℂ Ad ista respōdet̄. Ad pmū.bene cōcedo q tota sphera aqȩ r vna pars aque quodāmodo se habent aliter quaātū ad figuram.Sed tamē hoc nō est de per se:nec ratione forme substantialis aque:sed per accidens:r ex cōtinente:r rōne motus: qr facile est vnam particulam aque trāsmutare r mouere de continente in cōtinens:r non est ita de tota sphera aque:tamen si sic fieret nō ppter hoc corrūperetur nec violentaretur. ℂ Ad scdm dico:q non sequit̄ si motus sit naturalis r ex motu:sequitur talis figuratio q talis figuratio sit naturalis figuratio. ℂ Ad tertium dico:q lz ignis sit necessario sphericus:non tamen naturaliter a forma sua:sed ab alio: scilicet a cōtinente.s.a celo q est sphericus.

Ad rationes.

ℂ Ad pmā ista bene pbat q qōlibet elementū est figuratum : sed q istam figurā per suam nām sibi determinet hoc non concluditur. ℂ Ad scdam dico:q lz nō sint nisi quinqz corpora regularia sm speciem:non tamen oportet q quodlibet corpoꝝ simplicium vnam illarum figurarū talis corporis sibi determinet. Nam si sic sicut arguit Aristo.oporteret esse vacuū:qd natura abhorret:nec ratio ista est aliud q̄ quedam cōcordantia r persuasio sm quas non est procedendum in naturalibus:sed magis ibi est procedendū sm experientias. ℂ Ad tertiam dico:q elementa ex sui natura non determinata sunt ad maximum vel ad minimum. Nam dicitur scdo de anima:q ignis cresceret in infinitū si infinitum combustibile apponeretur . Sed si elementa determinata sunt ad maximum vel ad minimum:hoc nō est ex eorum natura:sed magis a cōtinente. Et iuxta hoc proportionaliter exponatur illud qd dictum est:omnium natura constantiū rc. ℂ Ad quartam dico:q aqua habet figuram sphericam.hoc autē nō est imediate a forma sua: sed quodāmodo ex consequente.s. ppter locum r distantiam eius a centro mundi sicut ostensum est scdo huius. ℂ Ad quintaz de guttulis aque que sunt sphericȩ:dico q hoc nō est a forma aque:sed magis propter fugam cōtrarij.nam illa est figura.s.spherica in qua partes sunt magis vnite r magis possunt resistere corrūpentiis:r ideo quodlibet quātum potest tendit ad istam figuram nisi aliud impediat:sicut grauitas vel durities. Et maxime quando est in parua quātitate:nec hoc solum cōuenit aque:sed alijs liquidis:sicut pz de argento viuo. ℂ Ad sextaz dico : q hoc nō est ppter hoc q ignis talez figurā sibi determinet:sed hoc magis est ppter aerez circūstantem corrūpentē illam flāmā:r diminuent̄ quāto est remotius ab eius origine.

ℂ Et sic cum Dei laude terminat̄ questio.r per ꝯsequens tertius liber:sicqz totalis liber:qui vt visuz est:in tres partiales libros distributus est:cuius primi omnes questiōes fundate sunt super textus primi libri Arist.preter vltimā que fundata est super primo textu scdi libri de celo Aristotelis.Similiter questiones oēs secundi libri fundate sunt super textus secundi libri de celo Aristo.preter decimamquartam questionem que fundata est super octuagesimūnonum textum primi celi Aristo.Qōnes autē huius tertij oēs sunt fundate super textus quarti libri de celo Aristo. preter quintā:duodecimaz:r decimātertiam:que fundate sunt super textus tertij libri de celo Aristo.vt patuit.

ℂ Expliciunt questiones preclarissimi doctoris Alberti de Saxonia super quatuor libros de celo r mundo Aristo.diligentissime emendate per eximiū artium r medicine doctorem magistrum Hieronymū Surianum Venetum filium dñi magistri Jacobi Suriani physici prestātissimi. ℂ Impresse autem Venetijs Arte heredum quondā nobilis viri dñi Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis:r sociorum. Anno salutis nostre.1520.Die.28.Mensis Junij. Ducante inclito Principe Leonardo Lauredano.

Registrum

A	D	G
Questiones subtilissime	r a quo potest	le nō manerent
ℂ Clarissimi doctoris	minus sunt adequata	cum tales intelligēt
per ꝑuationē.	r ad hoc valet	here lumen a sole
B	E	H
mobile scz celū	differentie positionis	eisdem in secundo
sunt plures dimensiones	habitantibus directe	adinuicem sm spēm
ca naturalia	tionaliter potest argui	ma substantiali
C	F	I
rum non est	de generatione	ticatur r vtrum
idest non habent	partes celi mouētur	teret esse vacuum.
principio:r similiter	tangeret centrū.	Finis.

Finis.

